

## N. 395.

**Iulius Piazza**  
**Casimiro Łubieński, epo Chelmensi**  
**et administratori Cracoviensi**

Opaviae, 10 V 1707.

*Impertit ei licentiam dispensandi cum Adamo Czeladziński, qui casu quodam fortuito et invitus vetulam quandam occidit.*

Reg.: AV, Arch.Nunz.Vars. 182 f. 14v-15r.

Iulius Piazza etc. Dilecto Nobis in Christo Ill.mo ac Rev.mo D.no Casimiro Łubieński, Episcopo Chelmensi, Canonico et sede vacante Episcopatus Cracoviensis Vicario Capitulari seu, ut vocant, Administratori, sive Perillustri ac Admodum Rev.do D.no Iudici Surrogato Iudiciorum Spiritualium Cracoviensium, salutem etc. Expositum Nobis fuit pro parte Ill.ris ac Admodum Rev.di Adami Czeladziński, Canonici SS. Omnium Cracoviae, Officialis Becensis<sup>142</sup>, in Olpina [Ołpiny] Parochi, qualiter ipse per aliquem tractum itineris equitans cum famulo, dum equus famuli sui lassatus fuisset, quidam miles, comes illius exponentis itineris, eidem suum equum cum ephippio et sclopetis appensis circa ephippium subministravit, exponens autem suum equum famulo dedit, sicque perfecto itinere, dum exponens domum rediisset, ad cubiculum sclopetata detulisset et eadem ex pulvere et maffactione pluviali tergere coepisset, ignorans utrum onerata fuissent pulvere, sulphure et globis, dum eadem tergeret, unum sclopetum ex aliquo attacku explosum est, ex qua explosione vetulae ibi existentis pes in genu globo laesus fuit.

Et licet, ut ipse chyrurgus dicitur asserere, illam laesionem non adeo fuisse nocivam, quia tamen vetula erat valetudinaria et senex, patiens varios defectus et etiam, ex quo pridie huiusmodi laesionis per incuriam ad quaedam vasa seu tunnas cecidit fortiterque pectore allisit, super qua allisione et casu usque ad mortem conquesta fuit, sicque in oppressione pectoris et gravi respirio sexta die post illam laesionem ex explosione fatis cessit. Quibus secutis, quanquam exponens mortem dictae vetulae non intenderit, imo nec aliquem animum malum contra ipsam habuerit, ad omnem tamen conscientiae suae tranquillitatem et uberiolem cautelam, ad Nos recursum fecit et humiliter supplicavit, ut secum super irregularitate, si quam exinde incurrisset, dispensare de benignitate Apostolica dignaremur. Nos, suis sup-

<sup>142</sup> Biecz, sedes decanatus in dioecesi Cracoviensi.

plicationibus benigne inclinati, eundemque inprimis a quibusvis excommunicationis, suspensionis etc. absolventes et absolutum fore censentes ac certam de praemissis notitiam non habentes, Ill.mae ac Rev.mae seu respective Perillustri ac Admodum Rev.dae Dominationi V.rae per praesentes committimus, quatenus verificatis narratis et dummodo ipse in mortem praedictae vetulae taliter non influxerit, ut exinde dici possit voluntarius homicida, cum eodem exponente super irregularitate, quam ex praemissis contraxisset, iniuncto tamen ipsi, ut defunctae vetulae, quantus in aliquo reus esset, in animae suffragiis, vel prout melius de iure fuerit, in heredibus satisfecerit, autoritate Nostra, qua vigore Legationis fungimur Apostolica, dispenseret, omnemque irregularitatis et infamiae maculam sive notam exinde provenientem abstergat et aboleat ita, ut si nullum aliud canonicum ei obstet impedimentum, in altari ministrare et sacrificium Deo offerre, nec non quaecunque Beneficia [15r] Ecclesiastica cum cura et sine cura, non plura tamen, quam quae iuxta S. Concilii Tridentini Decreta permittuntur, et dummodo sibi canonice collata fuerint, recipere et retinere libere et licite possit et valeat. Non obstante etc., salvis in reliquis iuribus fisci etc. In quorum fidem etc. Datum Opaviae in Silesia, die 10 Maii 1707.

Locus † Sigilli

I[ulius] Archiepiscopus Nazarenus  
Nuntius Apostolicus  
I[oannaes] B[aptista] de Nobilibus  
Auditor Generalis  
Adalbertus Skwarczyński, Cancellarius

**N. 396.**

**Adamus Sieniawski, palatinus Belzensis  
Iulio Piazza**

Leopoli, 11 V 1707.

*Scribit se, quamvis propositio sua nuper facta, ut scilicet proventus mensae episcopalis Cracoviensis necessitatibus belli applicarentur, non bene accepta sit, ab eodem consilio ac proposito suo non desistere et iterum instare, ut eiusmodi proventus ad incolas illarum terrarum, ubi bona episcopalia sita sint, sustentandos et alendos et ad omne periculum ab ipsis avertendum convertantur.*

Illustrissime etc.

Quam nuper Ill.mae ac Rev.mae Dominationi V.rae respectu alicuius applicationis proventuum Episcopalis Mensae Cracoviensis usibus et necessitatibus belli praesentis feceram propositionem, non adeo pertinaciter eisdem effectum promovere nitebar, ut super illius resolutione, magno sensui Ill.mae et Rev.mae Dominationis V.rae contrariarer. Nunc igitur, dum aliter visum est Ill.mae et Rev.mae Dominationi V.rae negotium huiusmodi accommodare, ego quoque intentioni Ipsius oblectari minime volo: alio tamen titulo pernecessariae praesidii Cracoviensis ad certam Incolarum illius orae tuitionem conservationi, Rev.mos Capitulares ex bonis Mensae Episcopalis non defuturos opinor. Quoad praetextum Religionis inter causas belli relatam, nemini fateor me hac in parte quicquam dixisse vel scripsisse [408v] praeter Ill.mam et Rev.mam Dominationem V.ram, ad cuius notitiam ex munere similia spectare videntur. Nec eidem dubia pro certis Iudiciis retuli, licet in hisce rerum circumstantiis videbantur non contemnenda. Caeterum ex beneficiis Ecclesiasticis Regni, ne copiis Reipublicae aliqua denegentur subsidia, desiderium hocce ulteriori Eiusdem Ill.mae et Rev.mae Dominationis promotioni recommendans, ipse quoque in peculiari cultu et obligatione maneo.

Ill.mae Rev.mae et Excellentissimae Dominationis V.rae  
 addictissimus servitor  
 Comes Sieniawski  
 P[alatinus] B[elzensis]  
 S[upremus] E[xercitus] R[egni] P[oloniae] Dux

N. 397.

**Iulius Piazza**  
**Augustino Steffani**

Opaviae, 13 V 1707.

*Se stupefactum esse scribit quattuor septimanarum spatio nullis litteris ab eo acceptis. Nuntiat secundum nova ex Saxonia allata ducem Ioannem de Marlborough regem Suetiae coram convenisse, quamvis exitus eorum colloquiorum incerti esse videantur. Significat praeterea die 23 mensis Maii Lublini Comitium seu Consilium Generale Regni Poloniae initium esse habiturum, sed quaestiones et negotia ibi tractanda ignorari.*

Troppaw, 13 Maggio 1707.

Sono affatto stordito di non ricevere sue lettere da quattro settimane in qua, contuttoché voglia sperare che Le giunghino le mie, che regolarmente le scrivo ogni settimana, se pure qualche curioso granello non si prendesse il piacere di aprirle e vedere i segreti del Gabinetto che le medesime contengono. Mi tolga in grazia questo giudizio temerario, ma molto più dalla pena che ho, che la di Lei salute possa essere alterata, che Deus avertat.

Le nuove di Sassonia sono la visita fatta al Re di Svezia da Milord Duca di Marlborough, ma senza sapersi se la medesima avrà prodotto tutto l'effetto, che con essa si è proposto chi l'ha spedito colà, poichè si parla che quel Re habbia date risposte generali, tuttoché soggiungasi essersi il sudetto Duca espresso di restar sodisfatto delle sue negoziazioni.

La Dieta o Consiglio Generale di Polonia si terrà li 23 del corrente a Lublino, ma non sono noti gl'affari che vi si trattaranno, benchè dicasi che vi sarà il massimo d'una nuova Elezzione, che tuttavia suppongono non seguirà così presto. Io per me desidero che in qualche maniera vi ritornasse la tranquillità, senza curarmi chi ne fosse l'autore, sottoscrivendomi volontieri al proverbio spagnolo che ella sa. E sono suo vero Devotissimo et Obbligatissimo Servitore.

**N. 398.**

**Card. Fabricius Paulucci  
Iulio Piazza**

Romae, 14 V 1707.

*Pro litteris 25 IV datis (N. 365-368) gratias agit et accurata responsa ad eas mittit.*

**Or.:** AV, Nunz. Pol. 203A f. 203r.

**Reg.:** AV, Nunz. Pol. 220 f. 27v-28r.

**N. 399.**

**Card. Fabricius Paulucci  
Iulio Piazza**

Romae, 14 V 1707.

*Pro aepe Leopoliensi e custodia liberando iam apud principem Borin Kurakin opportunam intercessionem factam esse. Suadet, ut nuntius in hoc negotio conatus suos cum conatibus, laude dignis, capituli metropolitani iungat.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 203A f. 204r.

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 220 f. 28r-v.

Ill.mo e Rev.mo Signore

Per la liberazione di Mons. Arcivescovo di Leopoli<sup>143</sup> si sono passati qui, come ho già accennato a V.ra Signoria Ill.ma, gli ufficii opportuni con questo Sig. Principe Kurakin, il quale havendone scritto e scrivendone di nuovo con premura, ci fa sperar che gli sarà accordata. Non desista ella dal promoverla dal canto suo coll'uso di tutti i mezzi, anche per secondare le pie e lodevoli istanze del Capitolo di quella Metropolitana. Mentr'io intanto le prego *etc.* Roma, 14 Maggio 1707.

Di V.ra Signoria Ill.ma

Affettuosissimo *etc.*

(<sup>a</sup>-F[abrizio] card. Paulucci-<sup>a</sup>)

<sup>a-a</sup>) *Autographum.*

**N. 400.**

**Card. Fabricius Paulucci  
Iulio Piazza**

Romae, 14 V 1707.

*Scribit consilia et conatus eorum, qui novae regis electioni faveant, religioni catholicae et ipsi Reipublicae perniciosos et vere letales esse. Nullam ergo aliam viam tutandae Reipublicae inveniri posse asseverat, quam ut omnes circa palatinum Posnaniensem concurrant eumque ad Regnum promoveant et adiuvent, cum spes reditus Augusti omnino vana sit. Hortatur nuntium, ut ad huiusmodi consilia etiam primatem Regni et eius factionem pertrahere conetur.*

---

<sup>143</sup> Constantinus Zieliński.

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 203A f. 205r.

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 220 f. 28r.

Ill.mo e Rev.mo Signore

Si mostrano troppo ciechi gli pretesi Republichisti col persistere nell'idea di venire ad una nuova elezione, mentre non conoscono che questa è la risoluzione più letale che possano prendere, sì per la religione che per la Repubblica. Non v'è dunque altra strada per assicurar l'indennità dell'una e dell'altra, che quella di unirsi nelle forme già più volte accennate al Palatino di Posnania, giacché il pensare al ritorno del Re Augusto è vanità. Dovrà perciò V.ra Signoria Ill.ma insistere in questa insinuazione a tenore dell'ordine, che più volte ne ha havuto, et ammonisca chiaramente Mons. Primate<sup>144</sup> et ogn'altro del suo partito a cangiar condotta e prender il sudetto più sano consiglio, mentre N.ro Signore non vuole assolutamente che si esponga alla rovina un Regno, ch'è l'antemurale della Cristianità. Et a V.ra Signoria Ill.ma auguro vere prosperità. Roma, 14 Maggio 1707.

Di V.ra Signoria Ill.ma

Affettuosissimo etc.

(a-F[abrizio] card. Paulucci<sup>a</sup>)

<sup>a-a</sup>) *Autographum.*

**N. 40L**

**Card. Fabricius Paulucci  
Iulio Piazza**

Romae, 14 V 1707.

*Mandat ei, ut sollicitet suffraganeum Posnaniensem ad solvendas summas Camerae Apostolicae debitas, ad sustentationem epi ordinarii Posnaniensis, cum Romae teneretur, olim expensas.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 203A f. 206r.

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 220 f. 28v.

---

<sup>144</sup> Stanislaus Szembek.

Ill.mo e Rev.mo Signore

Solleciti pure V.ra Signoria Ill.ma Mons. Suffraganeo di Posnania<sup>145</sup> a nuove rimesse di denaro a conto di Mons. Vescovo<sup>146</sup> in rimborso della Camera Apostolica, giacché qui continuano sempre più le spese per servizio di esso Vescovo. E in tanto, ricevuti che havrà dal medesimo Mons. Suffraganeo li 3 mila tinfi, che le ha avvisato di haver pronti, potrà farne la rimesa. E non lasci d'insistere parimente appresso Mons. Vescovo di Varmia<sup>147</sup>, perché egli pure sodisfaccia a ciò che deve. E a V.ra Signoria Ill.ma auguro veri contenti. Roma, 14 Maggio 1707.

Di V.ra Signoria Ill.ma

Affettuosissimo etc.

(a-F[abrizio] card. Paulucci<sup>a</sup>)

<sup>a-a</sup>) *Autographum.*

**N. 402.**

**Iulius Piazza**  
**Ludovico Świerczowski OSPE**

Opaviae, 14 V 1707.

*Impertit ei licentiam absolvendi ab haeresi et casibus S. Sedi Apostolicae reservatis et legendi libros prohibitos.*

**Summarium in cancellaria confectum:** AV, Arch.Nunz.Vars. 182 f. 15r

**N. 403.**

**Iulius Piazza**  
**card. Fabricio Paulucci**

Opaviae, 16 V 1707.

<sup>145</sup> Hieronymus Wierzbowski.

<sup>146</sup> Nicolaus Święcicki.

<sup>147</sup> Andreas Chrysostomus Zahuski.

*Pro litteris 23 IV datis (N. 359-363) gratias agit et de singulis negotiis mox expediendis prolixius scribit.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 132 f. 362r.

**Min.:** AV, Nunz.Pol. 132A f. 62r.

**N. 404.**

**Iulius Piazza**  
**card. Fabricio Paulucci**

Opaviae, 16 V 1707.

*Nuntiat se expectare responsum ab epo Varmiensi ad litteras suas ipsum sollicitantes, ut summas pecuniae Camerae Apostolicae debitas quam primum exsolvendae curet. Sperat etiam se aliquot pecuniae (quae ad sustentandum Romae episcopum eius ordinarium expensa sit) mox accepturum esse.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 132 f. 368r.

**Min.:** AV, Nunz.Pol. 132A f. 62v.

Eminentissimo *etc.*

Essendo stato avvertito che Mons. Vescovo di Varmia<sup>148</sup> fosse ritornato a Vratislavia, li replicai il decorso Venerdì con mia lettera le istanze per il pronto pagamento di quanto deve alla Camera Apostolica. E ne dovrei avere ben presto la risposta che li ho richiesta con sollecitudine, sperando intanto di ricevere quanto prima qualche denaro dal Suffraganeo di Posnania<sup>149</sup>, benché siasi salvato da quella Città per sottrarsi alle violenze dei Moscoviti che essercitano ivi con somma durezza, particolarmente contro gl'Ecclesiastici, che maltrattano senza riguardo alcuno. E faccio *etc.*  
Troppaw, 16 Maggio 1707.

Di V.ra Eminenza

(<sup>a</sup>-Umilissimo *etc.*

Giulio, Arcivescovo di Nazaret<sup>a</sup>)

<sup>a-a</sup>) *Autographum.*

<sup>148</sup> Andreas Chrysostomus Załuski.

<sup>149</sup> Hieronymus Wierzbowski.

## N. 405.

**Iulius Piazza**  
**card. Fabricio Paulucci**

Opaviae, 16 V 1707.

*Significat capitulum Varmiense canonicum Ioannem Antonium Bassani ad Tribunal Rotae Romanae in ius vocasse, propterea quod - a dioecesi absens - ex praebenda sua proventus perciperet, eo maiorem culpam committens, quod propter varia et frequentia bella bona capituli omnino devastata sint.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 132 f. 363r-364r.

**Min.:** AV, Nunz.Pol. 132A f. 62v-63r.

Eminentissimo *etc.*

Il Capitolo di Varmia, il quale mi ha supposto di haver più volte vinta nel punto principale in cotesto Tribunale della Rota la causa, che vi è stata agitata contro il Canonico Bassano<sup>150</sup>. Teme hora di essere obligato dalla Congregazione deputata, stimo per la percettione de' frutti della di lui Prebenda nella sua assenza da quella Chiesa, allo sborso di qualche buona somma di essi; al che credendo di non essere tenuto, mi ha fatta perciò premurosa istanza di supplicare umilmente l'Eminenza V.ra della benefica sua protettione, onde non sia sforzato ad un [363v] tal pagamento, o almeno differita l'esecuzione della concordia, sopra la quale stima che debba esser fondato il sudetto sborso ad un tempo più felice, non essendo in stato hora di soggiacere al minimo pagamento per essere non solo devastati i beni del Capitolo, ma ridotti i suoi sudditi all'ultima miseria per le scorrerie de' Moscoviti e Polacchi e loro esorbitanti esattioni. Aggiuntevi anche quelle dei Suedesi, che hanno altresì minacciati i Canonici della prigionia, se non li soddisfano. Adempisco con ciò alle vivissime richieste del nominato Capitolo, a cui non [364r] mi è stato permesso di negare simile ufficio su la speranza che possa meritare qualche riguardo nelle presenti sue calamità. E faccio *etc.* Troppaw, 16 Maggio 1707.

Di V.ra Eminenza

(<sup>a</sup>-Umilissimo *etc.*)

Giulio, Arcivescovo di Nazaret-<sup>a</sup>)

a-a) *Autographum.*

---

<sup>150</sup> Ioannes Antonius Bassani (†1710), ab a. 1690 canonicus Varmiensis.

## N. 406.

**Iulius Piazza**  
**card. Fabricio Paulucci**

Opaviae, 16 V 1707.

*Scribit bonam reputationem palatini Posnaniensis ex eo detrimentum cepisse, quod ille cum electore Brandenburgensi foedus inisse dicatur religioni catholicae et Reipublicae valde damnosum. Affirmat ergo, etiamsi palatinus auxilio Suetorum in throno Regni Poloniae confirmaretur, difficillimum fore eam rem prorsus abscondere et tenere secretam.*

Or.: AV, Nunz. Pol. 132 f. 365r-366r.

Min.: AV, Nunz. Pol. 132A f. 63r-v.

*Eminentissimo etc.*

Ubbidirò a quanto l'Eminenza V.ra si è degnata prescrivermi intorno al Palatino di Posnania, ma mi permetterà insieme che vi adempisca con tale precauzione, onde non fosse poscia più dannoso il ritirarsi di quello sia hora il non fare assolutamente dei passi positivi a di lui favore, quando sussistesse il trattato tra esso e l'Elettore di Brandeburgo sì pregiudiziale alla Religione e Republica, tanto più che l'Eminenza V.ra si degna nello stesso tempo ordinarvi che, essendo ciò, li debba essere onninamente contrario. E maggiormente io mi confermo in tale mia risoluzione, poiché dovendosi [365v] trattare con lettere queste si conservano, ed essendo concepite in termini in qualche maniera vantaggiosi a favore di chi sono scritte, potrebbero essere di grave detrimento. Mentre sarei tacciato di mala fede, da che non sarebbe anche risparmiata cotesta Corte, se il medemo colla forza delle armi Suedesi si stabilisse nel Trono, non ostanti tutti gl'ostacoli che di costà meritamente se li procurassero a cagione della verità del sudetto trattato, che per essere segreto sarà difficile di poter scuoprire quale sia, e solo dagl'effetti e particolarmente, quando l'Elettore spedirà le sue truppe in Polonia a di lui [366r] favore, se ne avrà la contezza. Tuttavia ho scritto in diversi luoghi per vedere se mi riuscirà di ricavarne il netto in fine di renderne conto all'Eminenza V.ra e regolarmi, poiché sono anche io persuaso non doversi prestar fede alle asserzioni e giuramenti degl'Aderenti del Palatino, e lo riconobbe il Canonico di Culma che fu appresso di me, quando me li avanzava. Ed in tal forma sperando di adempire a miei doveri e non contravenire a gl'ordini dell'Eminenza V.ra, le faccio *etc.* Troppaw, 16 Maggio 1707.

Di V.ra Eminenza

<sup>(a)</sup>Umilissimo *etc.*

Giulio, Arcivescovo di Nazaret<sup>a)</sup>

<sup>a-a)</sup> *Autographum.*

## N. 407.

**Iulius Piazza**  
**card. Fabricio Paulucci**

Opaviae, 16 V 1707.

*Nuntiat aepum Leopoliensem, semper in custodia detentum, Kioviam transportatum esse, quam rem, si vera esset, Suetis occasionem praebere posse censet, ut aliquem alium praelatumprehendant ac detineant et ita ordini ecclesiastico magnum damnum inferant. Scribit proximum Consilium Lublinense consultationes suas a proclamando Interregno et illud paulatim secutura nova electione incepturum esse. Significat etiam epum Varmiensem valde contentum esse itinere suo in Saxoniam facto et sperare consilia sua prosperum exitum esse habitura.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 132 f. 367r-v.

**Min.:** AV, Nunz.Pol. 132A f. 64r.

Eminentissimo etc.

Benché le lettere di Polonia giunte hoggi non rechino molto da partecipare all'Eminenza V.ra, tuttavia non tralascio di renderle umilissimo conto, che alcune di esse assicurano esser stato inviato a Kiovia Mons. Arcivescovo di Leopoli<sup>151</sup>. Il che, essendo vero, darà occasione ai Suedesi di procurare la prigionia di qualche altro Prelato, con sommo detrimento dell'ordine Ecclesiastico, ed in ciò è molto considerabile che Mons. Primate<sup>152</sup> cogl'altro non habbia potuto ottenere la libertà di esso, che alcuni suppongono non esser stata sollecitata con tutto il fervore che meritava per qualche particolare passione.

Si crede che il prossimo Consiglio di Lublino principiarà le sue risoluzioni colla dichiarazione dell'Interregno e darà ordine che nei giudizi si osservi ciò che è solito praticarsi in tali congiunture e ciò per guadagnare tempo [367v] e non venire così sollecitamente ad una nuova Elezzione.

Dicesi che il Vescovo di Varmia<sup>153</sup> sia molto contento della sua gita fatta in Sassonia. Poiché ritorrà, per quanto ne corre la voce, il Gran Sigillo, ma che non essercitarà le funzioni di Gran Cancelliere che nella Dieta di pacificazione, la quale sarà adunata a suo tempo dal Palatino di Posnania che

<sup>151</sup> Constantinus Zieliński.

<sup>152</sup> Stanislaus Szembek.

<sup>153</sup> Andreas Chrysostomus Załuski.

spera sempre un buon successo alle proprie intraprese. E faccio *etc.*  
Troppaw, 16 Maggio 1707.

Di V.ra Eminenza

(<sup>a</sup>-Umilissimo *etc.*)

Giulio, Arcivescovo di Nazaret<sup>a</sup>)

<sup>a-a</sup>) *Autographum.*

**N. 408.**

**"Avviso"**  
**a Iulio Piazza**  
**ad Secretariatum Status transmissum**

Opaviae, 16 V 1707.

*Unus ex tribus viatoribus, qui Berolino revertentes a Suetis comprehensi erant, erat minister "caesaris" Moscorum, qui per longum tempus Berolini negotia domini sui curavit et penes quem multae litterae inventae sunt. Dicitur palatinus Posnaniensis die 6 mensis Iunii in Poloniam profecturus esse, a manipulo militum Sueticorum comitatus. Spes est pacis generalis mediatore et conciliatore duce de Marlborough concludendae. Rex Augustus regem Suetiae in castris eius salutatum ivit, sed promissionem Saxoniae a Suetis relinquendae ab eo non obtinuit. Immo Sueti tributa ab incolis severe exigere pergunt. Rex Augustus mille quingentos equos ab Anglis et Batavis assecutus est.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 132 f. 369r-370r (annexum fasciculo litterarum N. 403-407).

**Min.:** AV, Nunz.Pol. 132A f. 153v - 154v.

Troppaw, 16 Maggio 1707.

Resta verificato che uno di quei tre, i quali di Berlino passavano appresso il Czar, arrestati dai Suedesi e condotti in Sassonia, era il Ministro di questo fermatosi molto tempo in quelle parti a trattarvi gl'affari di esso. Li hanno trovate diverse scritture di conseguenza, le quali daranno al Re di Svezia occasione di formare altri disegni nelle presenti congionture, penetrando i segreti di quel Prencipe.

Si parla che il Palatino di Posnania partirà solo di 6 del prossimo mese verso la Polonia con un buon distaccamento di Suedesi, i quali sentesi che uscendo di Sassonia, si fermeranno in questa Provincia di Silesia vicino all'Odera sin tanto che resti conchiusa la Pace Generale, [369v] alla quale

dicesi siasi in Berlino espresso il Duca di Marlborough, che aprirà la strada una gran battaglia che seguirà fra poche settimane in Fiandra.

Il Re Augusto ha resa la visita a quello di Svezia nel suo quartiere, appresso del quale pranzò e si fermò in lunga conferenza. Indi ritornò a Dresda, dove era giunto il Conte Lagnasco, doppo haver trattato con i Ministri Suedesi, ma non ha riportata alcuna risposta positiva intorno alla loro uscita di Sassonia, che hanno detto dover regolare a misura di ciò che potrebbe succedere nelle congiunture presenti. Tuttavia si ode che il Re di Svezia habbia nominati alcuni Commissarii per conferire con quelli del Re Augusto intorno alle estorsioni fatte in Sassonia per [370r] bonificarle, ma intanto continua l'esattione delle contribuzioni che duraranno sino alla metà del corrente, volendo però i viveri sin tanto che rimaranno nella Sassonia, dove si è fatta la rivista di 3 fanti accordati dal Re Augusto all'Inghilterra et Olanda. A medemi saranno pure uniti 1500 cavalli per passare sollecitamente in Fiandra. Il commando di essi è destinato al Conte di Vackerbart che deve prima passare a Vienna, dove ha antecedentemente essercitato l'impiego di Inviato del Re Augusto.

#### N. 409.

**"Avviso"**

**a Iulio Piazza**

**ad Secretariatum Status transmissum**

Opaviae, 16 V 1707.

*Marescalcus Regni, comes Stanislaus Denhoff, una cum proceribus palatinatus Cracoviensis postulavit a generali Böhme, copiarum Moscoviticarum duce, ut - praeter solam farinam - alia cibaria interciperet desineret. Cracoviae sparsi sunt rumores de proeliis inter Polonos et Moscovitas commissis. Manipuli Cosacorum et Calmucorum gravissima crimina perpetrant contra ecclesiasticos et ecclesias. Supradictus comes Denhoff Cracovia Opatoviam profectus est, ut conventum particularem convocaret. Similes conventus in aliis quoque palatinatibus peraguntur, antequam nuntii terrestres in eis deputati ad Conventum Generalem Lublini celebrandum mittantur, ubi de proclamando Interregno et paranda nova regis electione deliberabitur, cum vana sit spes regis Augusti in Poloniam reditus. In Zótkiew multi ministri et exercitus duces una convenisse dicuntur, ut consilio bellico, praesente "caesare" Moscorum ibi celebrando, interessent. Ex Saxonia scribitur dux de Marlborough apud regem Suetiae fuisse et ipsum eo adigere conatus esse, ut Saxonia discederet. Idem dux eodem tempore regem Augustum vidisse fertur.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 132 f. 371r-372r.

**Min.:** AV, Nunz.Pol. 132A f. 195r-196r.

Troppaw, 16 Maggio 1707.

Essendosi il Sig. Conte Denoff, Maresciallo della Corona<sup>154</sup>, con i Principali del Palatinato di Cracovia reso appresso il Sig. di Beheme, Generale Moscovita, li chiese che ordinasse di non esiggere per l'avvenire i viveri dal Palatinato, giaché era stato ordinato dal Consiglio di Leopoli di somministrare solo la farina, ma egli se ne scusò per gl'ordini che n'haveva dal Principe di Menzikow. Perloché fu spedito al Residente di Polonia appresso il Czar, onde da questo procurasse il necessario provvedimento.

S'era in Cracovia divulgato che fossero stati battuti i Moscoviti da una Partita Polacca, che haveva finto di abbracciare il loro Partito, ma poscia fu pubblicato il contrario ed insieme un divieto di parlare di questa attione.

Dicesi che deve passare in Polonia buon numero di Cosacchi, come anche di Kalmucchi, alcuni de' quali, che già vi si trovano, commettono gravissimi disordini contro gl'Ecclesiastici e le Chiese.

Il nominato Sig. Conte Denoff era partito di Cracovia, che si continua a fortificare, verso Opatova per assistere alla Dietina e di là partirà alla volta di Lublino, dovendo anche gl'altri Palatinati tenere le loro Dietine per spedire i Deputati al Gran Consiglio, in cui si parlara [371v] di una nuova Elettione, correndo voce essere stato pubblicato l'Interregno e perciò i Parziali del Re Augusto sembra habbino deposte le speranze concepite del di lui ritorno in Polonia.

Si ha di Zolkiew che fossero colà concorsi molti Ministri et Officiali per assistere al Consiglio di guerra, che vi si doveva tenere alla presenza del Czar a fine di fare le dispozioni necessarie per la imminente Campagna, e che era anche colà giunto per lo stesso fine il Generale dei Cosacchi Mazepa.

Avvisano di Vilna che si parlava ivi diversamente intorno ai Principi Wisnowieski. Poiché alcuni assicuravano che si erano accomodati con i Sapieha ed altri, che havessero scritto al Czar protestando essere innocenti di tutto ciò che si publicava contro la loro condotta.

Scrivono di Danzica che il Generale Moscovita Rhen s'era ritirato di colà senza haver potuto effettuare cosa alcuna contro la Città, havendo solo all'intorno di essa abrugiate alcune case.

Le lettere di Sassonia portano che Milord Duca di Marlborough era stato appresso il Re di [372r] Svezia a fine di persuaderli l'uscita di Sassonia. Haveva anche veduto il Re Augusto con cui e l'altro di Svezia erano passate acambievoli visite. Si parlava intanto in quelle Parti che fossero disposti i Suedesi di marchiare in Polonia in tre colonne, l'una delle quali si sarebbe avanzata verso Cracovia e l'altre due in Gran Polonia e Prussia e che l'Elettore di Brandeburgo avesse promesso al Palatino di Posnania di assisterlo con X mila uomini.

---

<sup>154</sup> Stanislaus Denhoff.

## N. 410.

**Iulius Piazza**  
**Congregazioni de Propaganda Fide**

Opaviae, 16 V 1707.

*Laudat et commendat patrem Cyrillum, monachum Basilianum, nepotem Iosephi Szumlański, epi Rutheni Leopoliensis, et rogat, ut ad munus et dignitatem coadiutoris promoveatur penes senescentem iam epum ordinarium dioecesis Leopoliensis unitae, supranominatum Iosephum Szumlański.*

**Or.:** APF, SOCF 559 f. 275r-v.

**- Ed.:** Šeptyckyj V, 39-40.

**Min.:** AV, Nunz.Pol. 132A f. 261v-262r.

Eminentissimi *etc.*

In obediencia degl'ordini delle Eminenze V.re non ho mancato d'interpor-mi col mezzo di persona accreditata appresso Mons. Metropolita e Mons. Szumlański per procurare tra di essi una stabile concordia, onde si potesse con questa ridurre al desiderato fine il negozio della coadiutoria, che il secondo brama per il bene della sua Chiesa e dell'unione di essa, e voglio sperare ottimo effetto anche a favore del P. Cirillo, monaco basiliano, suo nepote, dei di cui costumi ho ottime informazioni, e non meno della pratica che ha del rito Armeno, benché forse non così dotto come richiederebbe un sì gran carattere, ma sì come quel Prelato, la famiglia del quale è riguardevole e numerosa nella sua diocesi, non brama altro coadiutore che questo religioso, così si potrebbe dubitare che non ne soffrisse altro e che la di lui morte, alla quale si avvicina per la sua [275v] grave età et infirmità habituali, dasse luogo a molti sconcerti nei presenti calamitosi tempi, e fosse forse occupata quella sede vescovale da qualche scismatico coll'assistenza di chi ha hora in Polonia la forza alle mani, onde se le Eminenze V.re stimassero opportuno di non rigettare il sudetto Padre Cirillo, quando lo approvasse Mons. Metropolita, si provvederebbe all'indennità della sudetta Chiesa, lasciando anche al medemo l'uso de' suoi privilegi, che mi si suppongono essere di conferire i Vescovati soggetti alla sua giurisdittione indipendentemente di costà, che è ostacolo principale opposto a Mons. Szumlanski e suo nipote, mentre era egli ricorso all'Eminenze V.re a fine di haverlo per coadiutore col motivo della sua indipendenza dal Metropolita per avere abbracciata l'Unione immediatamente dal beneplacito delle Eminenze V.re,

alle quali però crede d'essere unicamente soggetto. E faccio *etc.* [278r] Tropa-  
paw, 16 Maggio 1707.

Delle Eminenze V.re

(<sup>a</sup>-Umilissimo *etc.*  
Giulio, Arcivescovo di Nazaret<sup>a</sup>)

<sup>a-a</sup>) *Autographum.*

**N. 411.**

**Iulius Piazza**  
**Ioanni Staszewski, dioecesis Premisliensis**

Opaviae, 16 V 1707.

*Impertit ei dispensationem extra tempora ad omnes sacros ordines ob necessitatem ecclesiae dioecesis Premisliensis.*

**Summarium in cancellaria confectum:** AV, Arch.Nunz.Vars. 182 f. 15r.

**N. 412.**

**Iulius Piazza**  
**Philippo Ioanni Woliński, dioecesis Vladislaviensis**

Opaviae, 16 V 1707.

*Impertit ei dispensationem extra tempora ad omnes sacros ordines ob necessitatem ecclesiae in dioecesi Vladislaviensi.*

**Summarium in cancellaria confectum:** AV, Arch.Nunz.Vars.182 f. 15r.

**N. 413.**

**Iulius Piazza**  
**Christino Mirecki OSB, abbati Sanctae Crucis in Calvo Monte**

Opaviae, 18 V 1707.

*Impertit ei commissionem ad visitandum monasteria in Polonia.*

**Reg.:** AV, Arch.Nunz.Vars. 182 f. 15r-v.

Iulius Piazza etc. Dilecto Nobis in Christo Perillustri ac Rev.mo Patri Christino Mirecki, Abbati Sanctae Crucis in Calvo Monte Ordinis S. Benedicti, salutem etc. Cum ex facultatibus a Ss.mo D.no N.ro D.no Clemente, Divina Providentia Papa eius nominis XI, concessis Nobis competat, legatione N.ra durante et intra illius fines, per Nos ipsos seu alios viros probos et idoneos Monasteria, Prioratus, Praeposituras quorumcumque Ordinum, etiam Mendicantium, etiam exempta et Sedi Apostolicae immediate subiecta, et quocumque alio Privilegio suffulta eorumque Capitula, Conventus et Personas etiam, ut praefertur, exemptas et subiectas, quoties Nobis videbitur, visitare, corrigere, emendare, inquirere et deviantes ad Instituti viam reducere aliaque facere necessaria et opportuna ad disciplinam ecclesiasticam restaurandam. Hinc est, quod dictis facultatibus inhaerentes, cum personaliter ad Monasteria Sieciechoviense<sup>155</sup>, Lubinense<sup>156</sup>, Horodiscense<sup>157</sup> et Nesvisiense<sup>158</sup> Ordinis S. Benedicti et loca eis annexa gravioribus negotiis impediti et ob locorum distantiam accedere non possimus, Rev.mae Paternitati V.rae, de cuius prudentia, zelo et discretionie plurimum in Domino confidimus, per praesentes committimus, quatenus prima data opportunitate se conferat ad Monasteria praedicta: Seciechoviense, Lubinense, Horodiscense et Nesvicense Ordinis S. Benedicti Praepositurasque et omnia loca ab eis dependentia illaque et illas ac omnia annexa et adiacentia, tam quoad locum quam quoad personas, tam in capite quam in membris, iuxta SS. Canones et Decreta Concilii Tridentini autoritate Nostra, imo verius Apostolica, visitet. Necnon visitationem Monasteriorum Tinieciensis<sup>159</sup>, Plocensis<sup>160</sup> et Mogilnensis<sup>161</sup> eiusdem Ordinis S. Benedicti, iam alias ex Commissione Em.mi Cardinalis Spada et respective Nostra inchoatam, per Rev.mam Paternitatem V.ram in integrum, etiam quoad loca eisdem annexa, perficiat, in illorum statum, formam, regulas, Instituta, Regimen et Consuetudines, vitam, mores, ritus, disciplinam tam coniunctim quam divisim ac tam in capite et in membris [15v] diligenter inquireat, nec non Evangelicae et Apostolicae doctrinae ac Sacrorum Canonum et Conciliorum Generalium Decretis atque SS. Patrum Traditionibus et institutis inhaerendo, et prout occasio rerumque qualitas exegerit, quaecumque muta-

---

<sup>155</sup> Sieciechów.

<sup>156</sup> Lubin.

<sup>157</sup> Horodyszcze.

<sup>158</sup> Nieśwież.

<sup>159</sup> Tyniec.

<sup>160</sup> Płock.

<sup>161</sup> Mogilno

tione, correctione, emendatione, renovatione, revocatione et etiam ex integro editione indigere cognoverit, reformet, mutet, corrigat, abusus quosunque tollat, Regulas, Constitutiones, Observationes et Ecclesiasticam disciplinam, ubicunque illa exciderit, modis congruis restituat, reintegret, praefati Concilii Tridentini Decreta, si nondum introducta sunt, proponat et introducat ac custodiri praecipiat ipsasque Personas male viventes seu relaxatas atque ab illarum Institutis deviantes, seu alias quomodolibet delinquentes, diligenter inquirat, corrigat, emendet et puniat, ac ad debitum et honestum vitae modum revocet, prout iustitia suaserit et ordo dictaverit rationis.

Et quia accepimus ex visitatione interna et ordinatione Monasterii Plocensis, ex commissione Nostra per Rev. mam Paternitatem V. ram peracta, Ecclesiam praefati Monasterii destitutam esse provisione pro sartis tectis et aliis necessitatibus sibi debita, ex Bonis Abbatialibus praefati Monasterii Plocensis, quae ad praesens sunt in administratione eiusdem Monasterii, idcirco Rev. ma Paternitas V. ra pro eiusdem quartae partis consignatione et ex divisione eo citius praestanda, quartae partis debeant inservire, ordinet. Ad quem effectum quascunque opportunas ac magis necessarias facultates Rev. mae Paternitati V. rae praesentibus concedimus atque impartimur.

Insuper bona omnium et singulorum praefatorum monasteriorum, ad mensam conventualem spectantium, tum et Praepositarum visitet, illorum qualitates referat, Rationes ab Administratoribus mensae Monasterialis exigat aliaque omnia faciat, quae Nos ipsi, si personaliter praesentes essemus, possemus facere. Communicantes ad nos hos effectus Nostras, omnes tam Generales quam Particulares, quibus fungimur Facultates. Non obstantibus quibuscunque Statutis et Consuetudinibus eorundem Monasteriorum aut ordinis etiam Iuramento firmatis ac quibusvis Privilegiis et Indultis Apostolicis Generalibus vel Specialibus superioribus et Personis sub quibuscunque tenoribus et formis ac quibusvis etiam clausulis et Decretis per quosunque et quotiescunque concessis, confirmatis, innovatis, quibus tam coniunctim quam divisim derogamus et derogatum volumus per praesentes. Volumus autem, quod Paternitas V. ra Rev. ma de omnibus per se gestis et factis in dicta visitatione plenariam Nobis relationem faciat et deinde ea approbare seu respective prout Nobis visum fuerit, reformare valeamus. In quorum fidem etc. Datum Opaviae in Silesia, die 18 Mensis Maii Anno D. ni 1707.

I[ulius] Archiepiscopus Nazarenus

Locus † Sigilli

Nuntius Apostolicus  
I[oannes] B[aptista] de Nobilibus  
Auditor Generalis  
Adalbertus Skwarczyński, Cancellarius

## N. 414.

**Iulius Piazza**  
**Augustino Steffani**

Opaviae, 20 V 1707.

*Gratias agit pro litteris 1 V datis. Nuntiat proximo die Lunae Comitia Lublinensia initium esse habitura, exitus tamen eorum incertos esse. Regem Suetiae in animo habere cum exercitu suo in Poloniam proficisci. Suetos in Silesia ministrum "caesaris" Moscorum, Berolino iter facientem, comprehendisse et multas epistulas magni momenti ei abstulisse. Vindobonam venisse Elisabeth Christinam de Wolffenbüttel, ab imperatrice vidua supremam regentem Regni Neapolitani nominatam.*

Autogr.: APF, F. Spiga, vol. 47 sf.

Troppaw, 20 Maggio 1707.

L'umanissima sua del primo del corrente m'ha tirato da grandissima pena, poiché primieramente mi ha assicurato trovarsi ella in buona salute, benché sia stata alterata dal suo viaggio e che le giunghino in secondo luogo le mie lettere, perché a dirle il vero, non ricevendo le sue, mentre la credevo da qualche tempo costì, sospettavo che qualcheduno si prendesse il piacere di ritenerLe ed aprirLe. Le rendo dunque mille devote grazie della continuazione di quelle, che mi comparte, e prego il Signore Iddio che le faccia godere per lungo tempo una perfetta salute. Ed intanto spero che ella avrà ricevute tutte le mie lettere, non havendo tralasciata settimana alcuna senza riverirLa.

Da il prossimo Lunedì comincerà la Dieta di Lublino, dove si vedrà, che cosa risolveranno i republichisti. Dicesi però che vi si dichiararà il regno vacante e si faranno le altre formalità ordinarie per guadagnar tempo et andar sodisfacendo il Czar, onde non corra a fare qualche gran violenza, come seguirebbe se credessi che i republichisti non havessero buona intenzione. Si dice sempre che il Re di Svezia voglia marchiare colla sua armata in Polonia, ma questo gran giorno non è ancora venuto. E' stato condotto in Sassonia, arrestato dai Suedesi, in questa Provincia di Silesia un Ministro del Czar stato lungo tempo in Berlino e li hanno trovate molte scritture di [2] considerazione, le quali non saranno inutili a quel Prencipe per por fuora delle pretensioni.

Sento già arrivata in Vienna la Principessa di Wolfenbutel, dichiarata l'Imperatrice Vedova<sup>162</sup> per regente suprema del Regno di Napoli; primo Ministro di essa, il Conte di Martinitz, ed intanto nominato Plenipotenziario, e V.ra Signoria, dovendo partire quanto prima; non so se in Roma si goderà molto della nomina di questo, quando vi sono tanto vicino. Me ne dispiace, perché sarà il fomite di nuovi dissapori.

Ecco la risposta alla lettera della N.ra Eroina, della quale si è parlato col Vescovo di Varmia<sup>163</sup>, che fu avanti hieri qui a vedermi per parlare degl'affari di Polonia.

Sarà partito hieri di Vienna verso cotesta volta il Sig. Abbate Vanni, di cui le scrissi altra volta, l'honori colle sue grazie e me con i suoi stimatissimi comandi, perché sono suo vero Devotissimo et Obligatissimo Servitore.

#### N. 415.

#### Iulius Piazza Abbatiae OSB Tinecensi

Opaviae, 20 V 1707.

*Dat approbationem foundationis Liska et Lubaszowa prope Tuchow.*

Reg.: AV, Arch.Nunz.Vars. 182 f. 15v-17r.

Iulius Piazza, Dei et Apostolicae Sedis gratia *etc.* Nuntius, nec non Abbatiae Tinecensis OSB in spiritualibus Administrator et a Sacra Congregatione Eminentissimorum *etc.* Cardinalium Negotiis et Consultationibus Episcoporum et Regularium praeposita ad infrascripta specialiter Delegatus.

Universis et singulis, quorum interest, intersit vel interesse quomodo poterit, signanter tamen Rev.mo D.no moderno Abbati Commendatario Tinecensi, necnon Admodum Rev.do ac Religiosis PP. Priori caeterisque Patribus et Fratribus Monasterii Tinecensis OSB Professis, nunc pro tempore existentibus, significamus et ad notitiam indubiam deducimus, qualiter porrectis ex parte praefati Rev.mi Abbatis Commendatarii et totius Monasterii Tinecensis apud Sanctissimum D.num N.rum modernum Papam Clementem XI eiusque S. Sedem Apostolicam, precibus inferius de tenore insertis super eo, ut idem S.mus D.nus Noster et Sedes Apostolica applicationem Ecclesiae ac Imagini Miraculosae B.mae Virginis Mariae prope oppidum Tu-

<sup>162</sup> Eleonora, vidua Leopoldi I imperatoris.

<sup>163</sup> Andreas Chrysostomus Załuski.

chow, Ecclesiae Praepositurali in ipso oppido existenti annexae, pertinenti ad Monasterium Tinecense certarum scultetiarum, Siedliska et Luboszw nuncupatarum, alias ad Abbatem Tinecensem pertinentium, pro fundatione inservientium ex motivis in infrascripto tenore ipsarum precum expressis, per memoratum Rev.mum Abbatem Commendatarium cessarum et applicatarum, sub Beneplacito tamen Apostolico de plenitudine Potestatis suae huiusmodi cessionem et applicationem cum fundatione approbare et confirmare roburque perpetuae firmitatis adicere dignaretur. Praelibatus S.mus D.nus Noster Negotium hocce et preces ipsas ad Sacram Congregationem *etc.* Cardinalium, Negotiis et Consultationibus Episcoporum et Regularium, praepositam, remisit. Quae Sacra Congregatio anno proxime praeterito commiserat ad praesens Em.mo D. Horatio Philippo Spada, Episcopo Lucano, tunc Nuntio Apostolico in Regno Poloniae, Antecessori N.ro, ut informationem super expositis apud Sedem Apostolicam, auditis interesse habentibus, sumpsisset eidemque retulisset, animi sui votum addendo. Porro capta necessaria informatione et auditis interesse habentibus, cum Relatio dictae Sacrae Congregationi desuper data fuisset, eadem Nobis commisit, ut veris existentibus narratis et quatenus expedire censuerimus, Facultatem applicandi scultetias praedictas Ecclesiae BMV prope oppidum Tuchow pro N.ro arbitrio et conscientia impartiremur, et ut alias in ipsis precibus et Rescripto seu Decreto Sacrae Congregationis *etc.* Cardinalium, Negotiis et Consultationibus Episcoporum et Regularium praepositae, ad Nos in forma authentica transmissio continetur. Quarum et cuius respective tenor est, ut sequitur, videlicet:

Beatissime Pater.

Abbas Commendatarius et Capitulum Monasterii Tinecensis, siti in Dioecesi Cracoviensi, reverenter Sanctitati V.rae exponunt, qualiter inter caetera loca ad Abbatiam pertinentia est oppidum Tuchow, ubi ultra Praeposituram, cui animarum cura annexa est et ad monachos pertinet Tinecenses, in alia Praepositurae annexa Ecclesia colitur Imago BMV per Decretum Ordinarii Cracoviensis, praeviis Processibus, declarata miraculosa. Circa praedictum oppidum sunt bona partim directe ad Mensam Abbatialem, partim ad Monasterium, e gremio cuius semper Praepositus eligitur, pertinentia. Partim denique sunt bona, quae vocantur scultetiae sive advocatae. Quae licet sint bona Mensae Abbatialis, nihilominus ex usu Regni Poloniae cum [16v] Apostolicae Sedis permissione dari semper consueverunt iis Nobilibus ad fruendum toto vitae suae tempore, qui Reipublicae et Abbatiae seu Abbati fidelem operam ac servitium praestaverunt. Huius naturae sunt scultetiae vocatae Siedliska et Luboszw, sitae prope Tuchoviam et possessae suprascripto Iure a Nobili Ioanne Casimiro Szaniawski. Has igitur scultetias, quae possunt habere annui redditus circiter 2 millia florenorum currentis Poloniae monetae, vellet Abbas Commendatarius, in cuius disposi-

tione sunt, applicare secundum totam earum extensionem, prout possessa fuerunt a praedicto Nobili Szaniawski, Ecclesiae supradictae BMV, quae ad hoc usque tempus nullam habet foundationem, et tamen frequentissimus ibi semper concursus populorum fit, cum maxima devotione. Motiva et conditiones expressae talis Foundationis sunt: ut ad proportionem redditus harum scultetiarum augeatur numerus Monachorum praecise deputandorum pro servitio Ecclesiae supramemoratae BMV, ex iisdem bonis fiant expensae pro musica, pro conservatione et augmentatione Sacrae et Ecclesiasticae supplicilis, pro conservandis et restaurandis aedificiis, pro concionatoribus, pro confessariis tandem in maiori numero accersendis in solemnitatibus, ad solam tamen Ecclesiam B.mae Virginis supradicta omnia referendi. Hoc addito onere Patribus deputatis ad servitium dictae Ecclesiae, ut singulis hebdomadis in infinitum teneantur celebrare unam Missam ad altare B.mae Virginis pro moderno Abbate Commendatario et secundum suam intentionem, hac etiam expressa conditione, ut directio huius Foundationis semper maneat penes Capitulum Tinicense. Ad complementum ergo tam pii operis supplicant humillime Sanctitati V.rae Abbas Commendatarius et Capitulum Tinicense, quatenus Sedis Apostolicae auctoritatem, robur et firmitatem huic Foundationi dignetur apponere ad laudem Omnipotentis Dei et cultum B.mae Virginis augendum, in cuius Tuchoviensi Ecclesia fundentur etiam preces incessanter apud Deum pro Sanctitatis V.rae et eius Sanctorum desideriorum felicitate et prosperitate, necnon Sanctae Matris Ecclesiae et Sedis Apostolicae exaltatione. Quam Deus etc.

Sacra Congregatio *etc.* Cardinalium Negotiis et Consultationibus Episcoporum et Regularium praeposita, attenta relatione Nuntii Apostolici in Polonia residentis, eidem benigne commisit, ut veris existentibus narratis, et quatenus expedire censuerit, petitam facultatem pro suo arbitrio et conscientia oratoribus impertiatur. Romae, 17 Martii 1707.

(Locus † Sigilli)

G[asparus] Cardinalis Carpineus  
F. Archiepiscopus Nicenus, Secretarius

Nos vero, ad executionem commissorum et Nobis per praedictam Sacram Congregationem *etc.* Cardinalium Negotiis et Consultationibus Episcoporum et Regularium praepositam demandatorum devenire volentes, cum iam sufficienter Nobis de veritate narratorum apud S. Sedem Apostolicam porrectorum constiterit et constet, quodque exinde nullum praeiudicium moderno Rev.mo Abbati Commendatario Tinicensi et suis successoribus generetur, quando nec ipse nec sui Antecessores ab immemorabili tempore praedictas scultetias Siedliska et Luboszow possederunt, sed continuo illas laici Nobiles soleant possidere, fructusque ex illis pro se tollere, attento etiam consensu moderni Rev.mi Abbatis Commendatarii pro huiusmodi applicatione et Foundatione praestito, facultatem applicandi in perpetuum praedic-

tas scultatias Siedliska et [17r] Luboszew Ecclesiae BMV prope oppidum Tuchow sub directione Capituli Monasterii Tinecensis, auctoritate Sacrae Congregationis etc. Cardinalium Negotiis et Consultationibus Episcoporum et Regularium praepositae Sanctaeque Sedis Apostolicae, Nobis, ut supra, concessa, impartendam esse duximus, prout per praesentes impartimur, huiusmodique applicationem et foundationem respective eadem auctoritate approbamus et confirmamus, ac robur perpetuae firmatis tenore praesentium adicimus ita, ut nullo unquam tractu temporis per quempiam, quacumque auctoritate fungentem, huiusmodi applicatio et fundatio sub quocumque praetextu seu praetensa laesione Iurium Abbatialium violari et infringi valeat. Cum obligationibus tamen, ut ad proportionem redditus scultetiarum praedictarum augeatur numerus Monachorum praecise deputandorum pro servitio Ecclesiae supramemoratae BMV et ex iisdem bonis fiant expensae: pro musica ac conservatione et augmentatione Sacrae et Ecclesiasticae suppellectilis, pro conservandis et restaurandis aedificiis, pro concionatoribus, pro confessariis tandem in maiori numero accersendis in solemnitatibus, ad solam tamen Ecclesiam B.mae Virginis. Obligamus praeterea Patres Deputatos ad servitium dictae Ecclesiae, ut singulis hebdomadis teneantur celebrare unam Missam ad altare B.mae Virginis pro moderno Rev.mo Abbate Commendatario et secundum suam intentionem, hac etiam expressa conditione, ut directio huius Foundationis semper maneat penes Capitulum Tinecense. Non obstantibus etc. In quorum fidem etc. Datum Opaviae in Silesia, die 20 Mensis Maii, Anno D.ni Millesimo Septingentesimo septimo.

(Locus † Sigilli)

I[ulius] Archiepiscopus Nazarenus  
Nuntius Apostolicus  
I[oannes] B[aptista] de Nobilibus  
Auditor Generalis  
Adalbertus Skwarczyński, Cancellarius

**N. 416.**

**Card. Fabricius Paulucci**  
**Iulio Piazza**

Romae, 21 V 1707.

*Pro litteris 2 V datis (N. 376-379) gratias agit et accurata responsa ad eas adiungit.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 203A f. 211r.

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 220 f. 28v.

## N. 417.

**Card. Fabricius Paulucci**  
**Iulio Piazza**

Romae, 21 V 1707

*Probat sapiens eius responsum supremo exercituum Regni capitaneo datum de proventibus episcopatus Cracoviensis ad usum et necessitatem belli convertendis. Affirmat non de bello religionis hic agi, sed de bello ob "puram passionem" gesto. Mandat nuntio, ut eiusmodi proposita et consilia supremi exercituum ducis modis omnibus cohibeat atque impediat.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol.203A f. 212r.

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 220 f. 29r.

Ill.mo e Rev.mo Signore

Saviamente ha risposto V.ra Signoria Ill.ma al Gran Generale della Corona<sup>164</sup> su l'istanza da lui replicata per la permissione di valersi delle rendite ecclesiastiche per supplire con esse ai bisogni della guerra, impe-roché non si tratta di una guerra si religione, ma di stato o, per dir meglio, di pura passione. Persista dunque ella fortemente nella negativa e procuri di far conoscere al medesimo Sig. Gran Generale l'improprietà delle sue dimande e a convenienza di appigliarsi a consigli migliori. E a V.ra Signoria Ill.ma auguro *etc.* Roma, 21 Maggio 1707.

Di V.ra Signoria Ill.ma

Affettuosissimo *etc.*

(a-F[abrizio] card. Paulucci-a)

a-a) *Autographum.*

## N. 418.

**Card. Fabricius Paulucci**  
**Iulio Piazza**

Romae, 21 V 1707.

*De calamitosa condicione, in qua Polonia nunc versatur, scribit se confirmare omnia, quae prioribus litteris suis scripserit, et asserit novam regis electionem ad perniciem illius Reipublicae et ruinam religionis adducturam*

---

<sup>164</sup> Adamus Sieniawski.

*esse. Mandat, ut nuntius Polonos hortetur, ut pro publico bono privatis commodis renuntiare sciant. Affirmat praesenti rerum Polonarum statu palatinum Posnaniensem esse fovendum atque promovendum.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 203A f. 213r.

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 220 f. 29r-v.

Ill.mo e Rev.mo Signore,

